

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

**Grotius, Hugo**

**Jenae, 1680**

### CAPUT XXII.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](http://urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)

XXX. Proponitur & ilud, an in carcere redire debeat, qui dimisus est sub pacto, ut faceret dimitti alterum, qui factum morte pravenerit. Diximus alibi, factum tertii liberaliter promissum satis impleri, si nihil omittitur ex parte promissoris: at in onerosis obligari promissorem ad id, quod tantundem valet. Sic ergo in proposita questione non tenebitur quidem dimisus reddere se custodia; neque enim id conventum fuit, neque tacitea-  
tum intelligi patitur favor libertatis, neque debet lucrificare libertatem:  
\* sed eius, quod prestare non potest, estimationem prestat. Hoc enim  
naturali simplicitati congruentius, quam quae in actione de praescriptis verbis  
& de conditione ob causam dati causa non secuta Romani juris interpretes  
tradunt.

\*\*\*

Sed ejus, quod prestare non potest, estimationem prestat) id non fecit.  
Paulus Balionius ea lege dimisus, ut Carvajalium restitueret libertati, qui  
Carvajalius, anteqvam liberaretur, mortuus fuit: quo nomine reprehendit  
Balonium Mariana libro XXX. Sed facti speciem paullo aliter narrat Paru-  
ta libro II.

## CAPUT XXII.

## De fide minorum potestatum in bello.

- |                                                                                                       |                                                                             |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------|
| I. <i>Ducum genera.</i>                                                                               | IX. <i>An inducias dare, distinguitur.</i>                                  |
| II. <i>Quatenus eorum pactio obliget sum-<br/>mam potestatem:</i>                                     | IX. <i>Quae securitas personarum, que res<br/>ab ipsis concedi possint.</i> |
| III. <i>Aut occasionem obligationi det.</i>                                                           | X. <i>Stricte interpretanda talia pacta, &amp;<br/>quare?</i>               |
| IV. <i>Quid si factum quia contra manda-<br/>tum? ubi distinctiones adhibentur.</i>                   | XI. <i>Quomodo interpretanda deditio à<br/>duce accepta.</i>                |
| V. <i>An tali casu pars altera obligetur.</i>                                                         | XII. <i>Quomodo cautio, si regi aut populo<br/>visum fuerit.</i>            |
| VI. <i>Quid bellii duces aut magistratus pos-<br/>sint circa inferiores se, aut pro iis-<br/>dem.</i> | XIII. <i>Quomodo promissum de oppido tra-<br/>dendo.</i>                    |
| VII. <i>Pacem facere ducum non esse.</i>                                                              |                                                                             |

## I.

**I**nter publicas conventiones Ulpianus & hanc speciem posuit, + quoties in-  
ter se duces belli quedam paciscuntur. Nos diximus post fidem daram à sum-  
mis potestatibus, agendum & de ea, quam dant minores inter se aut aliis:  
five minores illi summis sint proximi, quales sunt duces excellebantur dicti, de  
quibus illud Livii capiendum: *Nec ducens novimus, nisi cuius auxilio bellum  
geritur: five longius remoti*, quos sic distinguit Cæsar: *alia sunt legati partes,  
alia Imperatoris.* Alter agere ad prescriptum, alter libere ad summam reum  
consulere debet.

II. Est

b.30.(a)¶ an ille obligatus maneret in  
carcerem qui alterum et carcerem  
liberavit. Et ergo liberauit Iustus. nam  
Iustus qui liberavit Iustum. non  
obligatus est reponere pro altero.  
Iustus enim dicitur de virtute illius  
qui agnoscit virtutem eius, quia  
elegerat virtutem.

b.4(b) Cum his agnoscatur postmodum legati  
bellici agnosce frumentos et vales vel  
de frumentis ne impluviis habentes ad  
1652. Informant a dico. ut re fuit  
hi solent tantum ad ungi alii

D. 2 (a) *Eucalyptus praeceps* Philippi 2  
var. *Hispanica* var. *griseopurpurea*  
v. *late*. *caerulea*, *midistromum* *fuscum*

153. (d) I was minister de tract w/  
influence or certaine good gigant pol.  
for mons r. charl. telle w/  
Instructing tale officier, et origin  
charl sent xxix ministrum extra  
ur appt ononatior p. mons in  
valent q. minister de tract pms.  
tan (treasure).

II. Est autem in horum promissis duplex inspectio. nam aut hoc variatur: an summa potestatem obligent, aut an se ipsos. \* Prior quæstio definita est ex eo, quod alibi diximus, obligari nos & per eum, quem voluntatis nostræ ministerium elegerimus, sive voluntas illa specialiter expressa est, sive ex ipsa præpositionis natura colligitur. Nam qui dat facultatem, dat, quantum in se est, quæ ad facultatem sunt necessaria, quod in materia morali intellegendum est morali modo. Duobus ergo modis potestates minores supremam suo facto obstringunt, faciendo id, quod probabiliter ipsorum officio contineri censetur, anterioram extra illud, ex speciali propositione nota publice, aut iis, quorum res agitur.

L.II.c.xi.§.12.

\*\*\*

Prior quæstio definienda est ex eo, quod alibi diximus) Vide Camdenum in anno c1515 XCIV, in Comitiis Mirandæ in causa Haukini.

III. Sunt & ali modi, quibus potestas summa obligatur antecedente ministeriorum facto, sed non ita, ut id factum causa sit proprie dicta, sed ut occasio sit obligationis: idque dupliciter, vel per consensum, vel per rem ipsam: Consensus apparerat ratificatione, non tantum expressa, sed & tacita, id est, ubi scivit (a) summa potestas, quod actum erat, & fieri possit (a) Lib. II. c. est, quæ ad aliam causam referri probabiliter non posunt, quod ipsum, quo IV. §.5. &c. modo procedat, alibi tractavimus. Per rem hactenus obligantur, ne locupletiores (b) siant aliena iuris, id est, ut aut contractum praestent, ex quo (b) Lib. II. c. X. commodum volunt consequi, aut de commodo discedant, de qua exigitate, §. I. L. 3. c. 24. itidem à nobis alibi dictum est. Et hactenus, nec ultra, recipi potest, quod dicitur, §. 6. valere, siquid utiliter gestum est. Contra vero ab iniustitia excusari non possunt, qui, cum pacta improberent, tamen retinenter, quod sine pactis non habent: Ut cum Senatus Romanus, narrante Valerio, factum Cn. Domitii Lib. IX. & c. 17. neque probare potuit, neque rescindere voluit: qualem multa in historiis occurunt.

IV. 1. Illud quoque ex supra à nobis dictis repetendum est, obligari eum, I. II. c. XI. §. 12. qui præposuit, etiam si præpositus fecit contra mandata arcana, intra limites famen publicæ functionis. Hanc exigitatem recte secutus est Prator Romanus in institoria actione: neque enim omne, quod cum institore geritur, obligat eum, qui præposuit, sed ita, si eis rei gratia, cui præpositus fuerit, contractum est, de quo autem palam proscriptum fuit, ne cum eo contrahatur, is præpositi loco non habebitur: quod si proscriptum quidem sit, sed non pateat, tenetur qui præposuit, conditio quoque præpositionis servanda est: nam si quis sub certa lege vel interventu cuiusdam personæ contrahi voluit, ex quoq; erit id servari, in quo præpositus est.

2. Cui consequens est, ut alii Reges aut Populi magis, alii minus ex ducum suorum contractibus teneri possint, si satis notæ sint ipsorum leges

Hhhhh 3

at. Eod. Tit.

atque instituta. de his si non constat, sequendum est, quod conjectura dicat, ut concessum intelligatur id, sine quo satis commode, quae officii sunt, expediri non possunt.

†††

Sine quo satius commode, quae officii sunt, expediri non possunt.) Optimè Forstner ad ad lib. I. Tacit. pag. 59. Romæ, inquit, postquam interveniente SCto, populus bellum semel decrevit, ejus administrandi potestas Consuli tradebatur: Senatus sibi pacis tantum firmandæ jus reservabat; cetera in Imperatoris potestate erant; dimicare aut abstinerre pugna, obsidere urbes, solvere obßidia, & quæ sunt his similia. Itaque Cæsarem Tranquillus scribit, Regibus atque provinciis per terrarum orbem aliis capitorum millia dono obtulisse, aliis circa Senatus populiique autoritatem, quò vellent, auxilia promisisse. Sed. Jnl. c. 28. Qvod si Senatus consuli se ab Imperatoribus de singulis belli actibus volueret, minore utique cura & industria ea curarent, quæ ad victoriæ faciebant; Qvod & rei bene gestæ gloriam & cladis infamiam cum Senatu habituri fuisse communem. Et cum nulla minus, quam quæ putatur, viâ procedat bellum; Thucyd. I. & multa, quæ nunc non apparent, ex intervallo bellum aperiat: Lib. 28. evidens est, neminem de emergentibus casibus commodius recuiusque statuere posse, quam quæ præsens negotiis interest: amittique rerum gerendarum occasionses, si hinc indemittendo Senatus aut Principis exquiratur voluntas. Notare hoc deberent Cæsarei, qui, qvod, omne mandatum specialiter belli Ducibus in re gerendâ committere sægererunt, optimam sapient occasionem aliquid laudabiliter expediendi haec tenus amiserunt & perdiderunt.

L. 2. c. 2. c. 13. Mandati fines si excederit minor potestas, tenetur ipsa, si qvod promisit præstare non potest, ad estimationem: nisi lex aliqua satis cognita id quoque impletat. Qvod si dolus accelerit, id est, si præ se rulerit ius manus, quam habebat, iam tenetur & de damno culpa dato, imo & ex crimine ad peccatum criminis respondentem. Ex priore causa bona obligantur, & si ea deficiant opera, aut libertas corporis: ex posteriori quoque persona, aut bona, aut utrumque, pro delicti quantitate. Qvod autem de dolo diximus, procedet etiam si quis testationem interpoluerit, semetipsum obligari nolle, quia & damni dati & peccatum justæ debitum cum delicto non voluntario, sed naturali nexus cohærent.

V. Quia vero semper aut summa potestas obligatur, aut minister eius, hoc est in eum, ideo & certum est partem alteram obligari, nec dici posse clandicare contra. Egitus de comparatione eorum, qui mediæ sunt ad superiores. VI. Videamus & quid in inferiores possint: Nec puto dubitandum: quin dux milites, magistratus oppidanos obligent intra eos actus, qui solent absens imperari: aliqui consensu opus est. Contra, ducis aut magistratus pacium inferioribus proderit in merci utilibus omnino: id enim in potestate comprehensum satis est: in his, quæ onus annexum habent, intra ea, quæ imperari solent, omnino: extra ea, ita, si acceptaverint, quæ congruent, quæ de stipulatione pro tertio ex naturali jure alibi differuum. Generalia, hæc illustriora facient subjectæ species.

VII.

8.4. n. 3. (a) Sic Baglari capiti Iugoslavia  
affit, quod ex calamo quodam ultra  
punctata erit cum sole punctata.  
et rugulae levata deis. Hollista ad  
regia portis historia raro ritus  
agradice itinerari olearij.



VII. \* De belli causis & consequentibus transfigere ad belli ducem non pertinet, neque enim belli gerendi pars est bellum finire: immo et si cum maxima potestate prepositus fuerit ea de belli ductu erit intelligenda. Agesilai XIIIX.L.3.c.23 responsum ad Persas fuit εἰρήνη τούτων πόλεων ἐναγκάλεσσον; de pace constituendis §. 5. n. 1. iuu esse civitati. Quam pacem A. Albinus cum Jugurtha Rege Senatus injussu fecerat, Senatus rescidit, inquit Sallustius. Et apud Livium est: quā rata ista pax Jugurth. L.37. erit, quam non ex auctoritate Senatus, non iussu Populi Romani, peregerimus? Sic Caudina, sic Numantina sponsio Populum Romanum, ut alibi exposui- L.II. c.XV. mus, non obligavit. Et eatenus verum est illud Posthumus, si quid est, in quo \$16.n.1.Ayal. obligari populus potest, in omnia potest, nempe eorum, quae ad ductum belli non de J. B. L. 1. c. pertinente; quod ostendunt antecedentia, de deditione, de sponsione relin- I. n.9. seqq. quendam aut incendenda urbis, de statu mutando.

\*\*\*

*De belli causis & consequentibus transfigere ad belli ducem non pertinet*) Beli-  
sarius Gotthis: εἰδέσθαι μέντοι τὴν βασιλέως περιγραφὴν διοικησαντίς enim nos jus habemus ordinandi res imperatoris.

VIII. \* Inducias dare ducum est, nec summorum tantum, sed & mino-  
rum, ius nempe quos oppugnant aut obfessos tenent, & se suasq; copias quod attinet. Nam alios duces pares non obligant, quod Fabii & Marcelli histo- Lib. XXIV.  
ria apud Livium declarat.

\*\*\*

*Inducias dare ducum est*) Vide Parutam lib. V.

†††

Lib. XXIV.  
Just. Lib. XI.  
Liv. LXXX.  
Cass. de Just.  
& Jure. L. 1.

*Inducias dare Ducum est*) Accurare hic Dn. Ziegler. inducias in viginti quadra-  
ginta aut centum annos contrahendas distinguit ab iis, brevioris quae sunt temporis & ho-  
die armistitia vocari solent. Illas dare potest solus belli dominus; has vero Dux ejus-  
dem recte concedit. Sed de his plura videbis in *Disserto Paraphrase ad h. t. per  
tot.*

IX. 1. Homines, imperia, agros, bello quæsita concedere itidem ducum  
non est. Hoc jure Syria Tigrani ademta, quamquam Lucullus dederat. De Sophonisba, quæ bello capta erat, ait Scipio Senatus Populi que Romani ju-  
dicium atque arbitrium esse; ideo à Masanilla, quo duce capta erat, liberta-  
tem ei dari non potuisse. In res alias, quæ in præda sunt, jus aliquod concedi  
imperantibus videmus, non tam ex vi potestatis, quam cuiuscumque populi mo- Lib. III. c.  
ribus: quæ de re satis superius à nobis dictum est. VI. §. 15.

2. At nondum quæsita condonare omnino in ducum est potestate: quia  
oppida pleraque & homines saepe in bello dedunt se sub conditionibus vite  
salva, aut & libertatis, aut & honorum, de quibus summa potestatis arbitrium  
exquiri res plerumque non patitur. Pari ratione ius hoc & ducibus non sum-  
mis dandum est intra ea, quæ ipsi agenda commissa sunt. Mahabal Romanus  
quibusdam, qui ex prælio ad Thrasymenum evaserant, satis longe absente An-  
nibale, / a.

nibale, fidem dederat non tantum vita & ~~eternitas~~, ut nimirum concilce narrat Polybius; sed, siarma tradidissent, abire cum singulis vestimentis pastorum: retinet eos Annibal hoc causatus ὡν Μαρβαλες τοις εἰνι νέοις αὐτοις γνώμης, διδος τινως ασθεας τοις ιστοριοδοις. \* In potestate Mahabalis non fuisse, se inconsulto fidem dare se dedentibus, qua ipsos illos aut indemnes prestatet. Judicium de hoc facto Livii sequitur: Punica religione servata si des ab Annibale est.

\*\*\*

In potestate Mahabalis non fuisse se inconsulto fidem dare se dedentibus) Non magis probabile erat in re simili effugium, qvod usus Bajazetes adversus Servios Cratovianos; narrante Leunclavio lib. VI.

3. Qvare & M. Tullium in Rabirii causa ut oratorem audire debemus, non ut judicem. Vult à Rabirio Saturninum jure cæsum, qvem Consul C. Marius data fide ex Capitolio abduxerat: Fides, ait, qui potuit sine Senatusconsulto dari? & ita rem agit qvafsi Marium solum fides ista obstringeret. Atqvi C. Marius ex Senatusconsulto potestatem acceperat operam dandi, ut imperium Populi Romani majetasque conservaretur. \* In ea potestate, qva Romanis moribus erat maxima, qvis neget comprehensum jus dandæ impunitatis, si eo modo omne periculum à Republica arceretur?

\*\*\*

In ea potestate, que Romanis moribus erat maxima) Vide Sallustium in bello Catilinario. Tullianæ huic cavillationi non dispar illa Consalvi in Ducem Valentini Guicciardini libro VI.

X. Ceterum in his ducum pacis, qvia de re agunt aliena qvatenus contractus natura patitur, adstringenda interpretatio, nempe ne aut ex inforim factio summa potestas plus, qvam vellat, obligetur, aut ipsi damnum subeant officium faciendo.

XI. Ira qui in deditioñem puram à duce accipitur, eo jure acceptus censetur, ut de eo viatoris Populi aut Regis arbitrium sit, cuius exemplum est in Gentio Illyri, & Perseo Macedonia Rege, qvi se, ille Anicio, hic Paulo dederunt.

XII. Sic adiecta cautio, ita ratum sit, si populus Romanus censisset, qvam sepe in sponzionibus invenias, officier, ut, ratificatione non secuta, dux in nihil ipso teneatur, nisi si qva locupletior factus sit.

Liv. L. XXIV. XIII. Et qui oppidum tradere promiserunt, possunt praesidium dimittere, ut fecisse Locrenses legimus.

## CAPUT XXIII.

De fide privata in bello.

I. Re-